

Ar  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
12  
15  
16  
17  
18  
19



- |     |             |   |
|-----|-------------|---|
| Nr. | Gravidus    |   |
| 1.  | ab Eichmann | De pactis quibusd. jure Rom. illicitis iure natu-<br>rali vero validis & licitis.     |
| 2.  | Friesen     | - pactis inter liberos et parentes binubos<br>compositis.                             |
| 3.  | Hallwachs   | - pactorum quibus vit metusve ansam im-<br>buat firmitati ac sanctitate.              |
| 4.  | Wolpman     | - contractibus noviter introductis.   |
| 5.  | Decher      | - Tituli probatione.  |
| 6.  | Bertin      | - praemii nuntiorum.  |
| 7.  | Schmidt     | - proposito in mente retento nil operante.  |
| 8.  | Friesen     | - negotiis scripturam requirentibus.  |
| 9.  | Schoepf     | - dolo & vi tertii ac effectibus eorum.   |
| 10. | Skuller     | - mala fide superveniente.  |
| 11. | Wintes      | - eo qu. iust. ex circa dolum bonum.  |
| 12. | Kraus       | - culpa.  |
| 13. | Brenniggen  | - praestatione evictionis in cessione nominis.  |
| 12. | Soll        | Quod simpliciter remissa evictione ne qui-<br>dem ad pretii restitutionem agi possit. |
| 15. | Bodinus     | De iustis causis recuz. si depositum.   |
| 16. | Stoyck      | - loco solutionis.  |
| 17. | Stoyck      | - emtio & spei.   |
| 18. | Martini     | - pacto retrovenditionis.   |
| 19. | Surlant     | - jure commerciorum in bello.   |

17. Grafides
20. Klein De resignatione judiciali.
21. Schoepf - oblatione et depositione pretii in rebus.
22. Zoller - interpret. leg. 69 ff. pro socio.
23. Gothk - commercii infirmitatis.
24. Heinricus - mercatorum qui foro cesserunt rationibus.
25. Engau - Societate mercatorum.
26. Muller - Societate universalis.
27. Siegel - creditoribus societatis privatis socii creditoribus non preferendis.
28. Rivinus - muliere quaestuarium.
29. Triesse - Locatoris successore.
30. Hanacius - are alieno fideiussorum.
31. Bodinus - usuris licetis ultra quinquagesimas.
32. Rivinus - fideiussore insufficiente.
33. Schuberth - fideiussione pro filio familiae mutuum contrahente invalida.
32. Peshmann - iudeo creditore.
31. Hoheisel - exhirographo non oriri litterarum obligationem.
36. Krause - precario ad certum tempus dato.
37. Weidlich - lapidea rei aliena immobilis non depositum sed mandatum.

J.

7  
Q. D. B. V.

DE

PROPOSITO IN MENTE  
RETENTO NIHIL  
OPERANTE,

CONSENSU

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
IN ACADEMIA LIPSIENSI

PRO LICENTIA

SUMMAM IN UTROQUE JURE DIGNITATEM  
IMPETRANDI

DISPUTABIT

JO. VALENTINUS SCHMIDIUS,

L I P S I Æ.

D. IX. FEBR. 1712 CCXII.

---

L I P S I Æ,

LITERIS IMMANUELIS TITIL.

PROPOSITO IN MENTE  
RETINETO NIHIL

OPTERATA

CONSENSU

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

THEODORICUS  
SUMMAM IN

IO VALENTINUS SCHEIDTUS




## S U M M A R I A.

- §. 1. *Actus mere interni puniri nequeunt.*
- §. 2. *Propositum nullo externo signo declaratum in foro Soli nihil operatur.*
- §. 3. *Aliter sentiendum est de Jure Divino Positivo.*
- §. 4. *Nec minus propositum hoc effectum habet Jure Naturali.*
- §. 5. *Quomodoactus propositum in mente retentum accipiat.*
- §. 6. *Nihil efficit propositum in contractibus.*
- §. 7. *De metu tempore contractus in mente retento agitur.*
- §. 8. *Usuræ expressam requirunt stipulationem.*
- §. 9. *An debitor jurato solutionem promittens compensare possit.*
- §. 10. *Pater non contradicens filio pecuniam mutuo accipienti consentire videtur.*
- §. 11. *Chirographo restituto debiti remissio fit.*
- §. 12. *Per destinationem pecunia mutui indolem non recipit.*
- §. 13. *Novatio fieri debet verbis expressis.*
- §. 14. *Sola cogitatio non facit donationem m. c.*
- §. 15. *Animus non sufficit ad acquirendam possessionem.*
- §. 16. *Nec ad dominium acquirendum.*
- §. 17. *Tignum realiter debet esse junctum.*
- §. 18. *Res animo destinata non fit sacra.*
- §. 19. *In Spönsalibus requiritur consensus expressus.*



- §. 20. De errore circa accidentalia commissio agitur.  
§. 21. Cogitatio non expressa operatur errore in virginitate commissio.  
§. 22. Post matrimonium contractum pater ad dotem non obligatur.  
§. 23. Propositum mentale ad ultimas voluntates applicatur.  
§. 24. Heredis institutio expresse fiat.  
§. 25. Ex duobus testamentis testatori non succeditur.  
§. 26. Intentio non supplet defectum clausule Codicillaris.  
§. 27. Nuda voluntate hereditatis aditio fieri nequit.  
§. 28. Jura mente retenta per clausulas libelli non conservantur.  
§. 29. De Clausula positionibus sub finem addita agitur.  
§. 30. Generalis mandati effectus explicatur.  
§. 31. Principalis presentia personali mandatum revocatur.  
§. 32. An per generalem renunciationem proposito mente retento subveniatur?  
§. 33. Exceptionum generalium nulla habetur ratio.  
§. 34. Cum reservatione mentali non licet jurare.  
§. 35. Juramentum religionis consideratur.  
§. 36. Utile est, ut dispensationi renunciatur.  
§. 37. Finis imponitur.







# I. N. J.

## §. I.



Interest Reipublicæ, ut ne delicta  
maneant impunita. Etenim si  
a Magistratu, cui summum Num-  
men potestatem puniendi cri-  
mina commisit, conniveatur de-  
lictis atrocioribus; evenit, ut  
communis externa societas ab  
eo lædatur, cui conservatio il-  
lius incumbit. Conf. Hugo Grotius de *J. B. & P. L. 2. c. 20.*  
*§. 6.* Salus igitur Reipublicæ, quæ suprema lex dicitur,  
omnino exigit, ut pœnæ in improbos statuatur. Quæ  
utilitas publica in legibus exprimitur per metum multo-  
rum *in L. 1. C. ad Leg. Jul. Repet.* qui cæteros à simili-  
bus facinoribus deterret. *L. 31. ff. Depof. L. 28. §. 15. ff. de*  
*Pœn.* Huc respexit Ulpianus, dicens: Bonos effici non  
tantum præmiorum exhortatione, sed etiam metu pœ-  
narum *L. 1. §. 1. ff. de Just. & Jur.* ubi tamen Iustus in-  
telligit bonos præcipuè in sensu civili atque politico,  
cum virtus interna per pœnam externam non semper  
obtineatur. Quamvis igitur certum sit, posita societate

*Abus mere In-  
terni puniri  
nequeunt.*

A

ci-

civili ipso naturalis juris præcepto niti poenæ inter homines meritum, ut non minus ab eo, cui puniendi jus competit, animadvertatur in delicta, quam delinquentes ad subeundam poenam obstricti sint; conf. Kulpis *Colleg. Grot. Exerc. 9. §. 1.* Bœcler. *ad Grot. pref. p. 9. Diff.* Pufendorff. *de Jure Nat. & Gent. L. 8. c. 3. §. 4.* in foro tamen humano bene attendendum est, in quibus causis poenæ sit locus relinquendus necne. Id quidem inficias ire non licet, omnes actus vitiosos in se punibiles esse, non tamen omnes ita sese habent, ut puniri actu semper ab hominibus possint, inde notandum: Actus inter nos regulariter ab hominibus non puniri, cum nudæ cogitationis nemo poenam patiatur. *L. 18. ff. de Poen. j. Dn.* Hochstetter. *Tr. de Jur. Poen. Sect. IV. §. 5.* Eo tendit omnino tritum inter Jctos Brocardicum, quod *ex L. 7. C. de Condict. ob caus. dat.* derivatur: *Propositum in mente retentum nihil operatur.* Cum igitur hæc pluribus casibus decidendis inserviat, operæ pretium me facturum existimavi, ut, Superiorum Autoritate Inauguralem Dissertationem publicæ Eruditorum censuræ subijcere jussus, in præsentī pro virili parte ejusdem usum demonstrarem.

## §. II.

Antequam autem ipsam Tractationem ordiar, præmonendum esse duco, omne quidem Propositum, quatenus est quidam voluntatis motus, nec ex voluntate ipsa egreditur, sed intra eandem subsistit, dici posse in mente retineri, sive illud nullo unquam actu externo in hominum sensus incurrente se exserat ac manifestet, sive idem postmodum per signa aut alia quadam ratione aliis hominibus innotescat. Quod prioris generis Propositum

*Propositum  
nullo exter-  
no signo de-  
claratum in  
foro soli nihil  
operatur.*

RETENTO NIHIL OPERANTE. 3

tum attinet, illud in foro soli nihil prorsus operari, nul-  
lumque effectum producere posse, extra omnem contro-  
versiam positum esse videtur, cum iudex nullus in inti-  
ma cordis penetralia penetrare, adeoque nec de tali Pro-  
posito ullam sententiam ferre queat.

§. III.

Sin vero ad forum poli tale propositum referamus,  
nullum est dubium, quin idem multum operetur. Nam-  
que ex Juris Divini Positivi tabulis edocemur, concupi-  
scentiæ originalis non tantum motus secundos, sed &  
primos, interque eos etiam, qui nobis non adrenti-  
bus obrepere ac omnem voluntatis deliberationem an-  
tevertere solent, atque hinc à Theologis primo primi  
motus appellantur, veri nominis esse peccata, adeoque in  
se & sua natura aeternæ mortis reatum inferre juxta *Exod.*  
*XX, 18.* coll. *Gal. III, 10.* & *Jac. II, 10.* Neque dubium  
est, quin bonum Propositum, si homo idem per vires  
suas aut vim majorem efficere impeditur, Deo gratum  
sit atque acceptum. Unde Theologi hominem, qui  
in captivitatem abductus extra Ecclesiam corpore esse  
cogitur, modo intra eam sit animo, ac serio in illa esse  
expetat, à salute aeterna excludere nolunt, licet alias cum  
Cypriano *Lib. de Unit. Ecclesie, p. m. 109.* Lactantio  
*Institut. Divin. L. 4. c. 30. p. m. 117.* Item Augustino de  
*Baptismo L. 4. c. 1. & L. 4. de Symbolo c. 10. & q. 65 ad O-*  
*ros.* aliisque Ecclesie veteris Doctoribus doceant, extra Ec-  
clesiam non esse salutem.

*Aliter sentien-*  
*dum est de Ju-*  
*re Divino Posi-*  
*tivo.*

§. IV.

Imo ex ipsa Lege Naturali constat, hominem, si  
in mente saltem aliquid appetat, quod appetendum non  
est,

*Nec minus*  
*propositum*  
*hoc effectum*

*habet Jure  
Naturali.*

est, reatum culpæ contrahere. Unde ipsi Gentiles solo Juris Naturalis ductu passim adhortati sunt, ut à rerum alienarum concupiscentia nobis caveamus. Ita enim Philemon apud Justinum Martyrem *in Apolog. 2. p. m. 106.*

Oportet esse quemlibet virum bonum,  
Non virgines & conjuges corrumpere,  
Circumvenire, ob rem necare quempiam,  
Aliena spectare, atque concupiscere  
Possessionem, conjugem, lautam domum,  
Equum, bovem, pecus, puellam, servulum.  
Multis nihil sed est opus: Non expetes  
Acus vel unum vile filium, Pamphile.

Cui accinit ipse Menander apud Clementem Alexandrinum Stromat. *L. 5. p. m. 606.* inquit:

Neve acum, carissime,  
Alterius unquam concupisces. Nam Deo  
Facta haud iniqua, sed quæ justa sunt  
Placent.

Econtrario eadem Lex Naturæ docet, si quis proponat sibi facere, quæ à recta ratione jubentur, licet propositum illud bonum ob virium imbecillitatem, rerum necessariorum defectum vel alia impedimenta actu ipso quandoque exferere nequeat, laudem aliquam mereri. Unde Moralium Doctores, ut rem unico tantum exemplo illustrem, inter liberalitatem effectu & affectu distinguere solent, atque unanimi consensu tradunt: Hominem omnibus opibus destitutum, si modo propositum beneficiendi aliis habeat, liberalium numero accensendum esse. Et quid notius illo? Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.

RETENTO NIHIL OPERANTE. 5

§. V.

Ne vero falcem in alienam messem immisisse jure arguar, hoc propositum in nuda mente retentum mitto, & ad illud, quod sub Jctorum considerationem cadit, perlustrandum me accingo. Est autem tale animi decretum, quod statim aliis innotescere non potest, ita tamen, ut ex postfacto hoc animi consilium vel propria confessione vel quocunque alio modo patefiat. Hugo Grotius de J. B. & P. L. 2. c. 4. §. 3. Quamvis igitur Leges præter externam interdum etiam internam respiciant *ἐν τῷ ἑαυ* regulariter tamen externorum tantum, non internorum actuum rationem habent, L. 18. ff. de Pæn. L. 46. ff. de Hered. instit. c. 14. de Pænit. dist. 1. Suarez de LL. L. 3. c. 13. Interni enim cum non appareant, pro iisdem habentur, ac si non essent L. 77. ff. de contr. Emt. Id tamen non obstat, quo minus actus interni, quatenus in externos influunt, in æstimationem veniant. Hugo Grotius L. 2. c. 20. n. 18. Illi enim ab his arguuntur. Sed hæc in sequentibus magis perspicue dilucidandi occasio suppeditabitur. Hinc inoffenso pede progredior, consideraturus, ut ordinis ratio habeatur; Num propositum in mente retentum primo in civilibus, dein in criminalibus, nihil operetur?

*Quomodo  
Jctus propo-  
situm in men-  
te retentum  
accipiat.*

§. VI.

Ut igitur ad scopum præfixum collineare mihi permittatur, ad contractus, qui vinculum societatis humanæ jure meritoque nuncupantur, provocare licebit. Qui cum expressam voluntatis declarationem desiderent, vel saltem tale factum, ex quo voluntatis declaratio certissime eliciatur, a. L. 1. §. 2. ff. d. pact. inde pronò omnino al-

*Nihil officio  
propositum in  
Contractibus.*

## 6 DE PROPOSITO IN MENTE

veo sequitur, propositum in mente retentum à partibus contrahentibus nihil plane operari, *a. L. 7. C. d. condict. ob caus. dat.* Menoch. *L. 1. de Presumpt. L. 26. n. 5.* Recte igitur tale propositum abortivum vocatur, cum nunquam lucem adspexerit. *Barbosa L. 14. Axiom. 1. c. 99. Mantic. d. Tacit. & Ambig. Convent. L. 1. c. 5. n. 24.* Non obstat hisce, quæ dicta fuerunt *L. 94. ff. de V. O. ubi Marcellus asserit: Cogitatum haberi pro expresso;* verba potius finalia allegata legis perspicue evincunt, JCrum sermonem instituisse de cogitatione actu exteriori declarata. *Conf. Donell. in Comment. ad d. L. n. 3.* Quid autem tunc obtinebit, si contrahentes tacendo propositum in mente retinere voluerint? Licet autem tacita voluntas idem operari dicatur quod expressa, *Mynsing. Decad. 4. conf. 40. n. 16. Schurf. Cent. 3. conf. 13. n. 10.* ita, ut in jure taciti & expressi idem fere sit iudicium; *a. L. 32. §. 1. ff. d. LL. secus tamen est, si de jure expressa requiratur voluntas, ut in contractibus id extra omne dubium est positum juxta L. 1. ff. d. V. O. Menoch. L. 6. Presumpt. 99. n. 50.* Inde igitur satis patet, ad formam contractuum requiri consensum, sine quo nulla conventio existere potest, *L. 1. §. 3. ff. de Pact. ita, ut neutiquam contrahentibus ad Propositum in mente retentum recurrere liceat.* Elideturne autem Contractus effectus cum contrahens promissionem per jocum factam fuisse contendat? Certi vero juris est, ex tali promissione nullam nasci obligationem. *L. 3. §. 2. ff. de O. & A. L. 3. §. 3. ff. de Injur.* Hinc partes sibi omnino rectius prospicient, ut vi instrumenti utriusque partis consensus liquido exprimatur, eique, si qua dubitandi ratio emergat, præterea inseratur: *Daßer ihm solche Summam nicht aus Scherz, sondern*

RETENTO NIHIL OPERANTE. 7

dem aus Ernst versprochen. Conf. Dn. Stryk. in *Caus. Contr. Sect. 1. c. 4. §. 6.* Caterum si non satis constet, quid cogitaverint partes contrahentes, interpretatio fieri debet contra illum, qui Legem contractus dicere potuit apertius. *L. 39. ff. d. pact.* Contractus enim minime dependet ab unius voluntate, ergo nec illius declaratione standum est. *Barbos, ad L. 66. ff. de Judic. num. 33.*

§. VII.

Quamvis metus libertatem consensus excludat, ita ut jure Pratorio exceptionem peremptoriam pariat; *L. 1. ff. Quod met. caus.* partes tamen ad metum mente retentum tempore contractus provocare nequeunt, quia nullus contractus vi & metu, sed libera voluntate, initus præsumitur; necesse igitur est, ut, qui metum accessisse dicit, eum probet. *Menoch. de Arbitr. Jud. Quest. L. 2. cas. 116.* Si autem metus iustus probabilis fuerit, omnino effectus talis contractus exceptionis æquitate eliditur. In causa tamen Sponsaliorum metus ad sponsalia extorquenda non alio incussus esse debet sine; hinc si delinquens puellæ intercedenti, ad imminens supplicium evitandum, matrimonium promiserit, postea autem propter metum mortis Sponsalia promissa servare nolit, neutiquam est audiendus. *Tamburin. Theol. Moral. L. 8. Tract. 3. c. 2. §. 2. n. 7. Sanchez de Matrim. L. 4. Disp. 12. n. 4. Dn. Schœpfferi Synops. Jur. Priv. tit. de Divort. n. 4.*

*De metu tempore Contractus in mente retento agitur.*

§. VIII.

Cum igitur de Proposito in mente dicta in genere ad omnes contractus pertineant, haud abs re fore existimo, ut in specie ad unum & alterum contractum applicatio

*Usure expressam requirunt stipulationem.*

catio fiat. Contractus autem mutui id omnino satis superque confirmare poterit. Nemini autem, qui vel à limine Jurisprudentiam salutavit, ignotum est, olim expressam usurarum stipulationem necessariam fuisse, aliouquin eas peti non potuisse; *L. 3. C. de Usur. L. 1. C. de Cond. Indeb.* hinc creditor magnum errorem errabit, persuasum sibi habens, Debitorem pecuniam mutuo accipientem ad usuras, juxta Propositum in mente retentum, sibi obstrictum esse. Hodie tamen id in mutuo secus esse videtur, cum in eo, etiam si sit stricti juris, ex mora debeantur usuræ. *Rec. Imp. de Anno 1600. §. Soviel man* *Et de Anno 1654. §. Unreichend.* Sed in Pomerania adhuc ex instituto receptum est, ut, nullis usuris expressis, quinque pro sorte centum imperialium tantummodo solvantur; si vero sex expressè promissi sint, hi præstandi veniunt. *Conf. Mev. P. 4. Dec. 205.* Cum autem usus testetur, plerumque in instrumento mutui exprimi certum tempus, quousque debitor sortem mutuo acceptam in usus suos convertere valeat; hinc disquirendum est, quid juris sit, si nulla temporis ratio in dicto instrumento habita fuerit? An debitor per tantum temporis intervallum usum pecuniæ mutuo acceptæ retinere potest, quantum ab initio in mente sua determinaverat? Quod omnino negandum est, cum hic arbitrio creditoris relictum esse debeat, quocumque tempore mutuum repetere malit. *4. L. 21. C. Mand. Conf. Carpzov. L. 4. Resp. 16. n. 12.*

## §. IX.

An debitor ju-  
rato solutio-

Nec inutilis hic quæstio moveri potest: Utrum Propositum in mente retentum debitori subvenire valeat, qui vincu-



vinculo jurisjurandi interveniente se soluturum promisit, ita ut ad compensationem adhuc sit admittendus? Quod minime concedendum est, si tempore juramenti præstiti jam extiterit mutuuum debitum. Tunc enim præcise solutio fieri debet, alias nullus foret juramenti effectus, cum de naturali solutione is, qui juramento promittere voluit, sensitse videatur, *a. L. 49. ff. de solut. Conf. Magnif. Dn. Menckenius in Tract. Synopt. Pandect. t. de Compens. p. 225.* E diverso si tempore juramenti nondum adfuerit mutuuum debitum, sed postea demum supervenire cœperit, compensationi locus erit; promissæ enim solutionis vocabulo quemvis legitimum ab obligatione liberandi modum comprehendisse censetur, *a. L. 4. §. 7. ff. de Re Jud. L. 20. §. 2. ff. de statu liberis. Franz. L. 2. Resp. 17. n. 20. 21.* Deinde haud incommode id quoque hac occasione inquirendum est: Quid valeat intentio debitoris in mente retenta, qui, solutione facta, creditori non exprimit, in quam causam solutio sit imputanda? Si igitur actui solutionis nulla declaratio accesserit, ex post facto debitor animi sensa, tempore solutionis in mente retenta, aperire nequit, ita ut constituat, cui summæ solutum detrahi debeat, *Hartm. Pist. L. 3. qu. 21. n. 11.* tunc enim à creditoris dependet arbitrio, cui acceptum ferre velit, *L. 1. ff. de solut. Freyer. de solut. c. 22. n. 24.* Ne quidem tamen hoc casu omnis est excludenda præsumta voluntas. Si enim causa obligationis deprehendatur dissimilis, solutio à creditore imputanda est in debitum, cujus causa est durior graviorque, cum ita probabili ratione etiam constitueret debitor in suo nomine, *L. 3. ff. de solut. Conf. Dn. Stryck. de Cant. Contr. Sect. 4. c. 1. §. 7.* Imo si neuter dixerit, in quod

*nem promittens compensare possit.*

nomen velit solutum, usura autem & fors simul debeatur, in usuram prius imputanda solutio, quam in fortem. *L. 5. §. 2. ff. de solut. & L. 1. C. b. t.* Conf. jam supra laudatus Jctus Dominus Mencken. *Tract. Synopt. Pandect. t. de solut. p. 608. j. Richter. Dec. 74. n. 105.*

## §. X.

*Pater non contradicens filio pecuniam mutuo accipienti consentire videtur.*

Ita quoque patri Propositum mente retentum prodesse nequit, si filio, pecuniam in sui præjudicium mutuo datam accipienti contra SCtum Macedonianum, e vestigio non contradixerit. Pater enim non statim contradicens filio se mutuum accepisse scribenti id agnovisse videtur, *L. 16. ff. ad SCt. Maced.* ita ut ex post facto contra creditorem exceptione SCti Macedoniani uti nequeat, *a. L. 12. ff. L. f. C. Ad SCtum Maced.* quamvis urgere velis, se tacuisse salva exceptione SCti Macedoniani. Qui enim tacet pro consentiente habetur. Conf. Lauterb. *Diff. de Volunt. th. 13. n. 9.* Idem statuendum est, si filius paterfamilias factus partem debiti solverit, tunc totum agnovisse censetur debitum, ita ut reliquum quoque solvere teneatur. *L. 7. §. fin. ff. & L. 2. C. Ad SCt. Maced.* Christin. *Vol. 3. Dec. 35. n. 11.* nec se tueri potest solvens debitor, hac intentione partem debiti solutam, fuisse, ut ratione residui exceptionem SCti Macedoniani opponere possit. Sed hic quoque obstat, quod Propositum in mente retentum nihil operetur. Cum enim paterfamilias factus partem debiti, tanquam partem solverit, totum debitum agnovisse videtur, *c. ll. & L. 4. C. de non num. pecun.* Brunneman. *in Comment. ad ff. ad L. 7. §. f. ff. ad SCt. Maced.* Lauterb. *d. t. §. 2. th. 6.*

RETENTO NIHIL OPERANTE. II

*th. 6. Diff. Struv. Exerc. 20. th. 57.* Si autem filius sui juris factus pignus dederit, exceptio SCti ei tantum denegatur usque ad pignoris quantitatem, ita ut ratione residui se obligasse non præsumatur. Conf. Müller. *ad Struv. Exerc. 20. §. 57. lit. 8.* Manz. *ad §. 7. J. Quod cum eo n. 35.*

§. XI.

Quod si creditor debitori chirographum restituerit, creditor tacite promississe censetur, se debitum non petiturum. *L. 2. §. 1. ff. de Pact.* Nec præsumtionem remissi debiti tollit, si successu temporis creditor hanc reservationem mentalem allegare velit, restitutionem instrumenti obligationis à se factam fuisse salvo jure debiti. Necesse igitur est, ut hoc casu accedat protestatio, quæ integrum servat jus protestantis, *L. 14. §. 8. ff. de Relig.* ita tamen, ut protestatio non ex intervallo, sed in ipso facto interponatur. *Carpzov. P. 2. C. 10. d. 22.* Post actum vero, quia non retrahitur, frustranea est. Si vero plures datæ sint ejusdem debiti cautiones, tunc unius redditione pactum de non petendo non inducitur, quia hoc casu propositum in mente retentum operatur, & alia quam remissionis conjectura capi potest. *a. L. 25. ff. de Probat.* Cur enim, quæso, alterum exemplum à creditore retentum fuisset, si quidem debitum remittere voluisset? Nec contrarium confirmari potest ex *L. 2. §. 1. ff. de Pact.* quippe quæ in numero singulari loquitur de una eademque cautione. *Vinn. S. 2. L. 1. c. 7. Duaren. ad L. 2. ff. de Pact. Scot. ad ff. D. XIV. th. 8. Diff. Wissenb. ad ff. Exerc. 9. th. 14. Menoch. de Præsumt. L. 3. Præf. 140. n. 8. 9.* Recte igitur statuit *Mev. P. 7. Dec. 284.*

*Chirographo restituto debiti remissio fit,*

creditorem audiendum esse probaturum, se non ea intentione chirographum reddidisse, ut vinculum debiti solveretur, sed alio proposito, forte ut novum instrumentum daretur.

## §. XII.

*Per destinationem pecunia mutui indolem non recipit.*

Multo minus sola mentalis destinatio sufficere potest, ut pecunia mutuo destinata mutui indolem obtineat. Quapropter si cum alio super nominibus conventum fuerit, pecunia, ista neutiquam comprehenditur. Prout vicissim pecunia, si vere mutuo data & de pecunia parata actum fuerit, non pertinet ad nomen ex mutuo contractum. Conf. Richter. *Dec. 37. n. 22.* Finckelth. *Obs. 20.* Ita quoque res se habet, cum quis animum induxerit sibi prædium emere, & ad hoc certam pecuniæ summam destinaverit, tunc pecunia ista non est prædium, nec destinatio emtio venditio, ut hoc egregie deduxit Excell. Jctus Beatæ memoriæ Dn. Bornius *in Dissert. de Destination. c. 1. §. 20.* Inde igitur recte decidendum est ad hunc effectum, ut res allodialis qualitatem feudalem recipiat, non sufficere solam possessoris intentionem & destinationem, cum ne quidem allodium feudi indolem obtineat, licet eorum, quorum interest, consensus, & Domini feudi nuda accesserit approbatio; requiritur enim, ut dominium directum ei, qui feudi Dominus est, offeratur, & ab eo vicissim in feudum detur. *1. Feud. 25. Andr. de Isernia t. de Controv. Feud.*

## §. XIII.

*Novatio fieri debet verbis expressis.*

In causa novationis imprimis Propositum mente retentum omni destituitur effectu, quippe quæ verbis expressis fieri debet, ut constet priorem obligationem tolli  
per

per *L. f. C. de Novat.* Hinc nullæ conjecturæ ad indicandam novationem sufficiunt. *Carpzov. L. 5. Resp. 105. Mev. P. 2. Dec. 338. n. 1.* Quod si igitur propositum sit contrahentibus, ut contractum quidem immutent, neutiquam tamen pignora & fidejussores dimittere velint, expresse sibi caveant, quod novatio fieri debeat salvis pignoribus & fidejussoribus. *L. 11. §. 1. ff. de Pignor. Act. & L. 15. ff. de Novat.* Id quoque asserendum est Jure Saxonico Electorali in casu delegationis per *Dec. El. 66.* ibique Philipp. *Obs. 2.* Excipiuntur tamen mercatores, quibus laxius aliquod jus tributum fuit per verba fin. *d. Dec.* Cum autem delegatio pariter quam solutio solvat obligationem, *Carpzov. P. 2. c. 28. d. 23.* sequitur creditori periculo esse, si à debitore delegato nihil consequi possit, si à debitore delegato nihil consequi possit, *L. 18. ff. de Fidejuss.* ita ut nullo regressu gaudeat contra priorem debitorem, nisi ab initio hunc sibi expresse reservaverit: *Solte der Creditor von dem Delegato die völlige Befriedigung nicht erhalten, soll dem Creditori sein regress contra debitorem primum delegantem frey bleiben.* Confer. *Dn. Stryck. de Caut. Contr. Sect. 4. c. 2. §. 3.* Sibi quoque imponit debitor delegatus, si quidem in delegationem consenserit, sed existimaverit, ipsi, actu delegationis consummato, exceptiones, quas opponere poterat deleganti, novo creditori adhuc opponere integrum esse. Fallitur inquam debitor delegatus in opinione sua, *l. 19. ff. d. novat. & deleg.* Cum enim nova obligatio intercedat inter creditorem & debitorem delegatum, ex novo contractu creditor peculiare jus agendi obtinet. *Theaur. L. 3. Quæst. For. Qv. 3. Rutger. Ru-land. de Commissar. P. 3. L. 10. c. 3. n. 11.*

## §. XIV.

*Sola cogitatio  
non facit do-  
nationem m. c.*

Magna omnino in jure intercedit differentia inter donationem inter vivos & inter donationem mortis causa. Hæc enim est revocabilis *L. 27. §. 29. ff. de Mort. caus. Donat.* quod secus est in donatione inter vivos suscepta. Ut ne igitur donator mortis causa jure suo excidat, nec donatio m. c. transeat in donationem inter vivos, hinc bene sibi prospiciat donator, quo minus Propositum in mente retentum ipsi præjudicium aliquod afferat. Licet igitur donator mortis causa esse dicatur, si quis sola cogitatione mortalitatis donationem susceperit, *L. 2. ff. de mort. caus. Donat.* vel cui ex humana sorte mortis cogitatio est; *L. 35. §. 4. ff. c. l.* Neutiquam tamen sufficit cogitatio mente retenta, sed necesse est ad hunc effectum obtinendum, ut verbis declarata sit. Conf. *Dn. Stryck. de jure sens. Diff. 10. c. 1. n. 6.* Qualitas enim donationis non ex cogitatione sed verbis æstimanda est. *Donell. L. 14. comm. cas. 33.* Imo donator ne quidem contentus sit sola mortis mentione facta in instrumento donationis, sed verba ita concipienda, ut eluceat donationem ipsam in casum mortis esse dilatam, cum sæpius donatores non tam mortis causa, quam morientes donent. *L. 42. in f. ff. de Mort. caus. Donat.* Quod si ergo non caute hoc casu procedatur, in dubio pro donatione inter vivos præsumitur. *Carpzov. P. 2. c. 12. d. 24. Menoch. L. 3. presunt. 36. n. 2.*

## §. XV.

*Animus non  
sufficit ad ac-  
quirendam  
possessionem.*

Ad possessionem quoque certa ratione dicta applicari poterunt. Hic enim animus potissimum consideratur, ut aliquis in possessione constituatur *L. 1. §. 20. L. 18.*

*L. 18. pr. ff. de Acqv. l. Amitt. Poss.* Qui animus omnino ex cujusque judicio & consensu rerumque intellectu, ut quid agatur, percipi possit, cognoscitur *L. 1. §. 3. §. 9. ff. h. t. L. 32. pr. §. 2. ff. c. 1.* Solus tamen animus ad acquirendam possessionem non sufficit, cum animo & corpore simul acquiri debeat. *L. 8. ff. d. t.* Tam certum igitur est, quam quod certissimum, solum animum vel cogitationem, quatenus nullo actu externo se prodit, ad acquirendam possessionem non sufficere, sed actum exteriorem quovis casu necessarium esse, ut loquitur Dn. Stryck *de Jur. sens. Diff. 10. c. 4. §. 47.* Accedat igitur necesse est apprehensio. *L. 3. §. 1. ff. de Acqv. vel amitt. poss.* Consuetudine tamen vel lege fieri posse, ut etiam non apprehensa possessio transeat, quia fictio apprehensionis imitatur veritatem, evincit Magnif. Dn. Mencken. *in Tract. Synopt. Pandect. t. de Acqv. l. Amitt. poss. p. 507.* Si tamen semel possessio acquisita fuerit, non semper requiritur actus secundus, cum scilicet ipso corpore quid teneatur, & si sit mobile comprehendatur, immobili vero insistatur, sed sufficit etiam primus, quando res semel à corpore apprehensa solo animo retinetur. Conf. Dn. Roman. *de Possess. §. 18. §. 19.*

## §. XVI.

Qua occasione haud incommode quaestionem instituere licet: utrum ad acquirendum dominium solus animus vel propositum in mente retentum sufficiat? Cum autem occupasse tum demum dicamur, quando possessionem rei apprehendimus actu corporali, hinc vidisse tantum, aut scire ubi quid sit, secumque statuere realem apprehen-

*Nec ad dominium acquirendum.*

prehensionem, non sufficit ad acquisitionem domini  
*§. 13. J. de R. D.* Pariter si duo rem pro derelicta habitam  
 offendant, & alter quidem prius oculis notet, alter vero  
 apprehendendo eundem antevertat, hic omnino non ille  
 dominus factus est per *L. 1. §. 1. ff. de Acquir. Poss.* Ex qui-  
 bus satis elucescit, Propositi in mente retenti circa occupa-  
 tionem ad hunc effectum, ut aut dominium acquiras aut  
 possessionem, effectum esse nullum. Ita quoque res eo-  
 rum, qui naufragium passi fuerunt, non cedunt invento-  
 ri, quamvis is animo & cogitatione sibi acquisiverit, alter  
 enim ea intentione abjecisse non censetur, ut dominio re-  
 rum suarum se abdicaret, sed ut hac ratione saltem vitam  
 in tuto collocaret, *§. f. J. de R. D.* cum nemo in necessita-  
 tibus liberalis existat. *L. 18. ff. de Adim. l. transscr. Legat.*  
 Actus autem agentium non debet operari ultra eorum in-  
 tentionem *L. 19. ff. de R. C. Conf. Dn. Hopp. ad Inst. t. de*  
*R. D. voce. Non ex animo.* Quapropter contraria con-  
 suetudo improbata fuit per *Auth. Navigia C. de Furt. O.*  
*c. a. 218.* ita ut in camera adversus Fiscum naufragorum  
 bona sibi vindicare religioni non ducentem, decernatur  
 mandatum sine clausula *Gail. L. 1. Obs. 18. n. 6.* E contra  
 eo ipso, dum aliquis rem pro derelicta habet, occupanti  
 eam quasi tradidisse intelligitur *L. 5. §. 1. ff. pro Derelict.*  
*Carpzov. P. 3. C. 31. d. 17.* Ita tamen res pro derelictis  
 habitae acquirantur occupanti, si sciat, rem a domino pro  
 derelicta habitam fuisse *L. 2. ff. pro derelict.* *Conf. Lauter-  
 terb. de volunt. Th. 13. n. 7.*

## §. XVII.

*Tignum reali-  
 ter debet esse  
 iunctum.*

Quamvis autem aedificium fundo impositum solo  
 cedat; *§. 29. J. de R. D.* requiritur tamen, ut lignum a-  
 dibus



RETENTO NIHIL OPERANTE. 17

dibus extruendis aut reparandis junctum, atque ita reali destinatione dicatum fuerit. Arbores igitur tantummodo cæsæ & ad hoc ut jungerentur ædificio paratæ & sic destinate nondum tamen realiter iunctæ ædium non fiunt, *L. 17. §. 2. ff. de Act. Emi.* sed rutorum cæsorum nomine veniunt. *L. 241. ff. d. V. S.* Nec quoque is, qui mala fide in fundo alieno ædificare ausus fuit, præsidium aliquod querere potest in proposito mente sua retento; is enim materiam regulariter donasse censetur, *L. 82. ff. de R. J. Carpzov. P. 3. c. 31. d. 10.* nisi istam præsumtionem ædificator possit elidere, & probare, se animum donandi non habuisse, licet sciverit, fundum esse alienum, quo casu competit jus tollendi ædificatum sine dispendio domini area. *L. 37. ff. L. 5. C. de R. V.*

§. XIIX.

Equidem destinationem solam ex re profana facere Res animo de- sacram asserit Farinac. *Qu. 72. n. 74.* id tamen accipien- sinata non fit dum est, ut præsupponatur destinatio realis, quæ adjun- sacra. ctam habet consecrationem & dedicationem. At res animo tantummodo destinata non fit sacra, *L. 3. C. de Furt.* quod etiam inter Protestantes est attendendum. Licet enim hi solennes Pontificiorum solennitates nequam adhibere soleant, interim tamen tum demum res pro tali habetur, si ad usum sacrum perpetuo destinata & adhibita fuerit. Conf. Dn. Stryk. *ad Brunnem. Jus Eccles. L. 2. c. 2. ad §. 3. verb. Ab Episcopo.* Hic tamen silentio non est prætereundum votum, quo Deo aut piæ causæ aliquid promittitur aut destinatur, in quo sola animi destinatio est sufficiens, ita ut ne quidem verba exigantur, cum Deus sit scrutator cordium. Conf. Laymann. *Theol. Moral.*

C

L. 4.

*L. 4. t. 4. c. 1. n. 1. Ziegler. ad Lancellott. L. 1. t. 30. p. 284.*  
 Quamvis autem nullum dubium superfit, declarationem  
 voti irriti, temerarii & nullius momenti competere supe-  
 riori, neutiquam tamen relaxatio voti validi ei vindicari  
 potest, quia per hoc Deo obligatio acquisita per humanam  
 potestatem pro arbitrio tolli nequit. Conf. Illustr. Dn.  
 Lyncker. in *Annal. ad Erotem. Jur. Cap. t. de Voto & Vor.*  
*Redemt. qu. 5.*

## §. XIX.

*In sponsalibus  
 requiritur  
 consensus ex  
 pressus.*

Hactenus actum fuit, quid propositum in mente  
 retentum operetur in Conventionibus. Nunc quoque  
 dispiciendum erit, quid in sponsalibus & nuptiis ratione  
 illius sit statuendum? Sponsalia autem constituuntur  
 consensu contrahentium, ita ut nihil intersit, consensus  
 facto, veluti traditione & acceptione arrhæ, an verbis ex-  
 plicetur? Consensu autem rite declarato in sponsalibus  
 de presenti initis non licet pœnitere; quam quis igitur si-  
 bi semel elegit sponsam, ea non debet, quæ semel placuit,  
 displicere. *c. 21. de R. J. in 6. Dn. Stryk. de Dissens. Spons.*  
*Secl. 2. §. 1.* Illud vero in controversiam vocari nequit,  
 alteri ante alterius acceptionem licere pœnitere, modo  
 pœnitentia & mutatio animi ad alterum fuerit delata.  
 Nam propositum in mente retentum nihil operatur.  
 Sponsus igitur valide obligabitur, licet jurare velit, se ante  
 acceptatam à sponfa nubendi conditionem animum mu-  
 tasse. Mutatio enim animi intus latens nullius loco ha-  
 betur, atque sponsus sibimetipsi culpam tribuat, quod op-  
 portuno tempore sponsam de eo certiozem non reddide-  
 rit. Dn. Berger. *Resol. ad Lauterb. t. de spons. voce: ut-  
 cunque declarato.* Quo casu tamen bene attendendum  
 est

RETENTO NIHIL OPERANTE. 19

est, acceptationem sponsæ ita esse capiendam, ut, antequam de pœnitentia sponsi certior reddatur sponsa, ejus acceptatio in notitiam sponsi pervenerit. Parentum quoque consensum in sponsalibus liberorum necessarium esse, certi & in dubitati juris est. Sed hac occasione quaestio sub incudem disputationis revocanda est: Utrum in sponsalibus parentum taciturnitas sit pro consensu? Quod omnino affirmandum est per *L. 5. C. de Nupt.* Quoties enim agitur de negotio passivo & permissivo, toties tacens habetur pro consentiente. *L. 16. ff. Ad Sc. Maced.* Conf. Dn. Berger. in *Animadv. in Brunemann. Quæst. ad Pandect. L. 2. t. 14. qv. 22.* E diverso sponsi sponsæve contrahentium silentium non sufficit, quoniam se habent active. Sed quid sentiendum est, si filius proposito in mente retento puellam sibi in matrimonium destinaverit & pro sponsa, atque hæc ipsum pro sponso vicissim habuerit, mutique sponsalitiæ affectus plenissima sit facta contestatio, an pater, ordine mortalitatis turbato, destinatum à filio prædefuncto sponsam uxorem ducere potest? Quod circumstantiis urgentibus negandum est. Quamvis enim sponsalia nulla publica intervenerint, nec parens huic destinationi consenserit, in nuptiis tamen semper pudoris & reverentiæ ratio non insuper habenda est. *L. 14. §. 2. ff. de Rit. Nupt.* Hinc omnino existimaverim, hoc in casu quoque dispensationem à superiore fieri debere. In quam sententiam etiam pronuntiando Dn. Scabini Lipsienses Mens. Febr. An. 1658. concesserunt. Nec dividia fore putaverim, si ipsa responsi verba in medium proposuerim: *Hat des Sempronii Sohn Titius, ein Studiosus zur Zeit, da er sich auff*  

C 2 unter:

unterschiedenen Universitäten aufgehalten, zu des Pomponii Tochter die Maviam eine sonderbahre Ehr-  
 liebende Affection getragen, welche sie auch beyder-  
 seits mit Überscheidung Sträußer, Kränze, Briefen  
 und andern Verehrungen, wie zwischen jungen lieb-  
 habenden Persohnen zu geschehen pfelet, unterhal-  
 ten und gepflogen. Als nun Titius von N. wieder  
 nach Hause gelanget, und sich bey Sempronii Bruder  
 zu N. aufgehalten, in Hoffnung, daß ihm etwa einige  
 Dienst-Beförderung zustehen möchte, da er denn die  
 Maviam mit beyderseits Eltern Consens und Bewilli-  
 gung zu heyrathen entschlossen gewesen, iedoch  
 gleichwohl vor solchem seinem Vorhaben gegen dem  
 Sempronio im geringsten nichts jemahls gedacht;  
 wird er zu berichtetem N. krank, und begiebet sich dar-  
 auff nach Hause, allda er in wenig Wochen nach  
 Gottes Willen Todes verfahren, worüber die Ma-  
 via dermassen betrübet worden, daß sie sich nicht trö-  
 sten lassen wollen, über welcher Liebe sich Sempronius  
 verwundert, sie nicht allein als eine Tochter tituliret,  
 sie und ihre Eltern mit gewöhnlichen Trauer-  
 Zeichen versehen, und der Zeit her ihnen alle Liebe und  
 Freundschaft bey allen Zusammenkünften, Gast-  
 mahlen und sonst erwiesen, sondern auch, nachdem  
 des Sempronii Eheweib über 2 Jahr hernach gleicher-  
 gestalt nach Gottes Willen Todes verfahren, er sie  
 und ihre Eltern abermahl mit Trauer-  
 Zeichen gleich andern Anverwandten von neuen versehen lassen.  
 Und trägt sich nun zu, daß gedachter Sempronius  
 selbst auff die Maviam um ihres eingezogenen Gott-  
 seclis

seeligen und Christlichen Lebens und Wandels Willen ein Fluge geworffen, und sich mit derselben in die andre Ehe zu begeben Vorhabens. Ob nun wohl zwischen Titio und der Mavia kein öffentlich Verlöbniß, weniger Copula Carnalis vorgegangen, und also in Göttlichen Rechten kein ausdrücklich Verboth der Ehe halber zwischen Sempronio und der Mavia vorhanden. Diemeil aber dennoch allem Ansehen nach in Erwegung der obigen angeführten nachdrücklichen Umstände ein Ehe-Verlöbniß zwischen Titio und der Maviae geschehen, welches hernach der Vater Sempronius zum wenigsten nach des Titii Tode beliebt, indeme er Maviam seine Tochter nicht allein genennet, sondern auch hernach continuirlich als eine nahe Anverwandtin bey Aufrichtung der Leichen-Bestattung und andern Begebenheiten öffentlich tractiret und gehalten, nach mehrerm Inhalt eurer Frage. So will Sempronio zu Erhaltung Zucht und Erbarkeit, auch Aergerniß um so viel mehr zu verhüten, bey der hohen Obrigkeit Dispensation gebührend zu suchen allerdings obliegen, inmaßen denn dieselbe in gegenwärtigem Fall zu dispensiren wohl besugt.

B. N. W.

## §. XX.

Ex Sponsalibus quidem dolo initis nulla nascitur obligatio. *Cypr. de Sponsal. C. 13. §. 18. Nicolai de Repud. L. 1. c. 2. n. 92.* In amore enim & ambiendis puellis quilibet candidè & aperte agere debet, ita ut fallens candoris oblitus ignominiam & poenam mereatur. Gerhard.

*De errore circa accidentalia commissio agitur.*

hard. *de Matrimon.* §. 116. Bronwer. *de Jur. Connub.* L. 1. c. 19. n. 2. Interim tamen si quis absque dolo & fraude persuasus virginem illam maximis abundare divitiis, cum ea Sponsalia ineat, quam postea pauperem esse rescivit, neutiquam à Sponsalibus recedere poterit, cum hoc quoque in casu Propositum in mente nihil operetur. Secus est, si expressa hac conditio adjecta fuerit; tunc enim eventu intentioni non respondente omnino rescilire permittitur. Dn. Stryck. *de Jur. Spons. Diff.* 10. c. 4. n. 18. Imò errorem fortunæ cum dolo conjunctum vitare matrimonium docet Alberic. Gentil. L. 3. *de Nupt.* c. 4. De quo Erasmus allegatus à Cypæo c. 13. §. 58. n. 4. ita disseruit: *Erit quidem destinantium matrimonium, quanta fieri potest cura providere, ne capiantur; Verum in his, quæ magni momenti sunt, nec provideri quibunt, circumventæ personæ partim succurrere poterit Pontificum auctoritas, pronunciando, non coisse matrimonium, partim legum civilium severitas, per quas non sit impune malis imponere matrimonii furo.* Non enim ad hoc institutum est Conjugium, ut in fraudem illicitur simplicitas, sed ut Conjugium uterque suo bono jungatur alteri. Captio est, non Conjugium, quom alter habet prædam quam captabat, altera decepta plorat; nisi mavis hoc raptus appellare genus. Quam sententiam etiam repudiata distinctione, utrum dolus circa substantialia matrimonii, an circa accidentalia commissus fuerit, multis rationibus probare nititur Dn. Stryck. *de Diff. Spons. Sect.* 5. §. 49. 50. Praxin autem plerumque in contrariam propendere sententiam diffiteri nequit ipse Stryck. *l. c.*

## §. XXI.

Si vero quis persuasum sibi habuerit, virginem esse eam, cum qua Matrimonium inire voluit, postea autem se deceptum deprehendat, an matrimonium jam contractum iterum dissolvi potest? Quod omnino juxta receptam Consistoriorum sententiam affirmandum est. Conf. Carpzov. Jurispr. Consistor. L. 2. Def. 193. Schneidw. de Nupt. c. 4. n. 59. Quare vero hic cogitatio non expressa aliquid operatur? Id procul dubio ex hac contingit ratione, quia in ea qualitate sponsæ erratum est, quam principaliter sponsus respexit; Si enim hoc scivisset, nunquam cum illa persona matrimonium contraxisset. Hinc cogitatio de eo concepta, quod regulariter inesse debebat, utique effectum habebit, licet non expressa fuerit. j. L. 99. ff. de Condit. & Demonstr. Covarruv. ad Cap. Raynutius 16. X. de Testam. §. 5. n. 11. Et in hanc sententiam pronunciatum fuisse a Magnifico Jctorum Ordine Lips. Mens. Maj. Anno 1700. meminit Excellentissimus Jctus Dominus Mencken. in Gymnas. Polem. Contr. Sel. Jur. Civ. Disp. 9. Contr. 19.

*Cogitatio non expressa operatur errore in Virginitate commisso.*

## §. XXII.

Matrimonio constituto & non facta dotis mentione Pater ad dotationem neutiquam obligari potest, ita ut propositum in mente retentum à novo marito ipsi nullum auxilium præstare valeat. Cum enim in hunc finem dos inventa fuerit, ut filiaè adhuc in patria potestate existentes occasionem nubendi inveniant, L. 2. ff. de Jur. dot. hinc contracto matrimonio & nulla dotis promissione facta hæc exigere nequit. Maritus enim sibi met ipsi

*Post matrimonium contractum pater ad dotem non obligatur.*

ipſi culpam tribuere debet, quod indotatam duxerit, nec ſibi tempeſtively de dote proſpexerit. *L. f. pr. C. de Repud.* Conf. Dn. Jo. Sam. Stryck. *de Dote non promiſſa non præſtanda §. 16.* Præterea id non eſt ſilentio prætereundum, quod dotis conſtitutio in factò conſiſtat, & ea bona tantummodo dotis indolem induant, quæ expreſſe in eam cauſam data fuerunt, *L. 9. §. 2. & 3. ff. de Jur. Dot.* Menoch. *L. 3. Præf. 6. n. 54.* alias bona marito illata potius præſumuntur eſſe paraphernalia quam dotalia. Carpzov. *P. 2. C. 16. d. 11.* Sola igitur cogitatio ſponſæ dotem non facit, ſed expreſſa ejus fieri debet mentio, tantam ſummam in dotem datam fuiſſe. Imo ratione bonorum uxoris futurorum admodum utile eſt, ut in pactis dotalibus expreſſe adjiciatur: **Daß Sie ſolches als Ehe-Geld wolte eingebracht haben.** Nec minus foeminæ nobiles caute procedere debent, ſi propter dotem illatam dotalitium ſibi conſtitui velint; non enim ſola cogitatio aut intentio ipſis patrocinator, ſed probari debet, dotem eſſe marito illatam & actu in feudum converſam. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. Sect. 3. c. 8. §. 30.* Sed ſi intuitu matrimonii res in dotem data, & matrimonium non ſecutum fuerit, dos omnino reperi poteſt, ob Propoſitum mente retentum, ſi nuptiæ ſecutæ fuerint. *L. 6. ff. de Cond. Cauſ. dat. Cauſ. non ſec.* Magnif. Dn. Mencken. *Tract. Synopt. Pand. c. t. p. 191.* Si enim cogitatio concernit cauſam finalem actus exterius geſti, non opus eſt exprimere, quali cogitatione id fiat. Dn. Stryck. *de Jur. Senſ. Diff. 10. c. 4. n. 6.* Agens enim ſcienter & libere non poteſt non velle id, quod agit, & per conſequentiam ea, quæ ex actus illius vi ſunt ſubſe-  
quuta.



RETENTO NIHIL OPERANTE. 25

quuta. Ita quoque dotem constituens vult certo nuptias, cum dos sine matrimonio esse nequeat. *L. 10. §. 4. L. 21. ff. d. Jur. Dot. Dn. Lauterb. de Volunt. Th. 9. n. 7. Conf. Brunnem. Comment. Cod. ad L. 25. de Transact.*

§. XXIII.

Succedunt ultimæ voluntates, ubi considerandum est, quid Propositum in mente retentum operari valeat? Nemo autem in controversiam vocabit, in ultimis voluntatibus verba ita debere intelligi, ut dispositio magis valeat quam pereat, quia non creditur quisquam genus testamenti elegisse, quo iudicium suum impugnatur, *L. 3. ff. de Testam. milit.* nec vero simile est, testatorem voluisse facere inutilem dispositionem. *Card. Mant. de Conject. Ult. Vol. L. 3. t. 2. n. 12.* Qua occasione verba testamenti explicandi sæpius intentio testatoris commodam satis suppeditabit occasionem, quo tendunt verba *L. 24. ff. de Reb. Dub. Cum in testamento ambigue aut etiam perperam scriptum est, benigne interpretari, & secundum id, quod credibile est cogitatum, credendum est.* Hic tamen verba a testatore prolata bene sunt attendenda. Cum enim animi intentio verbis exprimat, testator id, quod verba inferunt, voluisse præsumitur. Nec enim fingenda vel somnianda est testatoris mens & voluntas. *Alciat. L. 9. Conf. 44 n. 33.* Si autem de voluntate testatoris accurate nullo modo constare possit; *inutilis est voluntas ultima, si quis aliud dicit, quam vult, neque enim id dicit, quod vox significat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur,* ut Paulus pronunciavit in *L. 3. ff. de Reb. Dub.* Verba igitur, quæ nec proprie nec improprie inferuntur

*Propositum mentale ad ultimas voluntates applicatur.*

D inten-

intentioni testatoris, efficiunt, ut dispositio nullius sit momenti. Mant. *de Tacit. & Ambig. Convent.* L. 1. t. ult. n. 38.

## §. XXIV.

*Hæredis institutio expresse fiat.*

Præcipue in testamento hæredis institutio fieri debet, quippe quæ est caput & fundamentum totius testamenti §. 34. *J. de Legat.* Ea igitur desiciente regulariter corruunt omnia, quæ in testamento scripta. L. 29. *C. de Testam.* L. 1. §. ult. *ff. de Vulg. & Pup. Subst.* Hinc hæres neutiquam in mente retineri potest, sed ejus expressa mentio fieri debet. Quod si tamen testator in testamento varia legata & fidei commissa distribuerit, de hærede autem adhuc dum incertus existit, officio suo satisfecisse censetur, modo de hæredis institutione generalem in testamento mentionem injiciat, specialem autem determinationem ad futurum codicillum reservet. Conf. L. 77. *ff. de Hæred. instit.* Quamvis enim, ut inquit Papinianus *d. l.* in codicillis dari hæreditas non possit, tamen hæc ex testamento data videtur. Dauth. *de Testam.* n. 330. Mant. *de Conject. Ult. Volunt.* L. 4. t. 3. n. 10. Perinde se res habet in exhæredatione, hæc enim verbis dispositivis & expressis fieri debet. Giph. *ad L. 30. C. de Fidei comm. Dn. Schilter. Exercit.* 38. §. 84. & 85. Hic igitur ad intentionem vel ad propositum in mente retentum nullo modo provocare licet. Non tantum autem hodie in patre expressa requiritur exhæreditatio, *Nov. 115. c. 3. & 4. Richter. Dec.* 45. n. 33. Müller *ad Struv. Exerc.* 28. §. 53. quos citatos cum aliis videre licet apud Dn. Stryk. *Caut. Testam.* c. 19. §. 5. sed quoque mater idem jus ratione liberorum suorum observare tenetur, ita ut non in sola acquiescere possit

possit prateritione, sed minimam causam prateritionis exprimat per *cit. Nov. Franzk. Exerc. 6. qu. 3. Diff. Ludwell. de ult. volunt. P. 2. c. 2.* Quapropter jure Saxonico Electorali testamentum, in quo mater liberos suos prateriit, vitio nullitatis laborat, ita tamen, ut Legata subsistant. *a. P. III. Const. Elect. 9. voce: Etern. Carpzov. L. 6. Resp. 10. n. 3.* In milite autem omnino admittendum est, prateritionem à sciente factam haberi pro exhæredatione. *L. 12. pr. ibi: silentio exhæredaverit. L. 47. in f. ff. de Bon. Libert. §. 6. J. de Exhæred. liber. Treutler. L. 2. Dissp. 11. Th. 12. lit. c.*

§. XXV.

Quamvis testator eo animum induxerit, ut ipsi ex duobus testamentis succedatur, vana tamen est hæc cogitatio; Certi enim & indubitati juris est, paganum cum duobus testamentis non posse decedere. *Cyriac. L. 1. Contr. 168. n. 16.* Imo si testator ita voti compos fieri velit, & duo testamta sine die & consule conscripta reliquerit; hoc casu jure civili utrumque reprobatur, cum non constet, quodnam prius, quodnam posterius sit? *§. 2. J. Quib. mod. testam. infirm. Mich. Grass. Reccept. sentent. §. Testam. qu. ult.* Quaratione autem hoc casu Jus Prætorium medelam asserat, patet ex *L. 1. §. 6. ff. de Bon. Poss. sec. Tab. Conf. Dn. Stryk. Tract. de Success. ab Intest. Diff. 9. c. 4. §. 37.* Ast vero in Codicillis aliter res sese habet. Si enim duo codicilli diverso tempore conditi fuerint, alter codicillus alterum in dubio non tollit, sed uterque simul valet. *§. ult. J. de Codicill. Hillig. ad Donnell. L. 2. c. 19. lit. H.* Solum igitur Propositum mente retentum hic iterum subsistere nequit, sed potius is, qui

voluntatem in prioribus codicillis declaratam mutavit, in posterioribus expressam priorum revocationem inferere debet. Ediverfo, si plures codicilli reperiantur, qui sibi invicem contrarii sunt, tunc non minus ac in testamentis posterior voluntas priori derogat. *L. 3. C. de Codicill. Cæpolla Conf. 3. n. 27. Natta in L. 21. §. 1. n. 88. C. de Testam.*

## §. XXVI.

*Intentio non  
supplet defe-  
ctum clausulæ  
codicillaris.*

Ratione clausulæ codicillaris quoque notandum est, eam, si expresse adjecta non fuerit, tacite subintelligi non posse. Quamvis enim hoc casu nonnulli ad intentionem codicillantis & Propositum ejus mente retentum confugere velint, quippe qui in dubio testamentum suum subsistere voluisse censetur; Conf. Chifletius *de Jur. Fideicommiss. L. 3. c. 2.* Hilliger. *ad Donell. L. 7. c. 18. lit. B.* hæc tamen sententia firmo talo non nititur; qui enim testari voluit, non præsumitur voluisse codicillum conficere. *L. 29. ff. Qui Test. fac. poss. L. 29. C. de Fideicommiss.* Inde prono alveo sequitur, clausulam codicillarem in testamento non expressam haberi pro omnino ommissa. Menoch. *de Præsum. L. 4. Præf. 31. n. 2.* Quid juris autem statuendum sit, si Notarius *Clausulam cæteratam*, prout loqui solent Doctores, adjecerit, an scilicet hæc loco clausulæ codicillaris sufficiat nec ne, prolixius discussit Dn. Stryck. *Disp. de Clausula Codicillari §. 17.* quo brevitas causa Lectorem benevolam remitto.

## §. XXVII.

*Nuda solun-  
tate heredita-*

Denique solum Propositum ad hereditatis additionem non est sufficiens. Id quidem inficias ire non licet,

cet, aditionem hæreditatis hodie sublata Cretionum so-  
lennitate L. 17. C. de Jur. delib. nuda voluntate  
fieri; §. 7. J. de Hæred. Qual. & Diff. sed volun-  
tas hic non pro solo animi consilio, verum signis qui-  
busdam externis declarata accipienda est. Christin.  
Dec. Belgic. Vol. 4. Dec. 26. n. 2. Coll. g. Jur. Argentor.  
de Acquir. & Omitt. Hæred. n. 12. Declaratur vero vo-  
luntas vel verbis vel factis, & verba quidem qualiacun-  
que sufficiunt, modo ex his certum & constans Propo-  
situm adeundi intelligatur. Mantic. de Conject. ult. Vo-  
lunt. L. 12. t. 11. n. 2. Mascard. Conclus. 41. n. 10. Me-  
noch. L. 4. Præf. 100. n. 7. Sola igitur cogitatio hære-  
dem non facit, cum Propositum in mente retentum ni-  
hil operetur. a. L. 7. C. de Condict. ob caus. dat. Conf.  
Dn. Hoppius Comment. ad Inst. t. de Hæred. Qual. &  
Differ. §. 6. voce: *Etiã nuda voluntate.* In dubio igitur,  
ubi de aditione hæreditatis non constat, nemo adius-  
se præsumitur, cum hæc sit facti. Mev. P. 1. Dec. 72.

§. XXVIII.

Antequam de Proposito in mente retento in causis  
criminalibus sermo fiat, haud inutilem laborem me sus-  
cepturum esse existimo, cum prius effectum ejus in ipso  
processu consideraverim. Quod illustrandi occasionem  
commodam statim suppeditat libellus, cui plures clausu-  
las sæpius adjici videas, quibus actores jura mente reten-  
ta reservare, & imposterum hac ratione sibi prospicere  
annuntunt. Huc spectat clausula, qua actores sibi intac-  
ta servant jura omnia & privilegia, imprimis de se non  
adstringendo ad probationem superfluum; quod ita  
idiomate Germanico exprimere solent: *Diesem nach*

*Jura mente  
retenta per  
clausulas li-  
belli non con-  
servantur.*

bedinget er ihm alle und jede rechtliche Wohlthaten, so nach gemeinen und andern Rechten Klägern zu statten kommen möchten, insonderheit aber mit überflüssigem Beweis unbeladen zu seyn. Quam clausulam fundatam esse putant in *L. 21. C. de Probat. & Auth. In isto C. de Jurejur. propt. calumn. dand. & illius hunc effectum esse volunt, quod liberet actorem à probatione eorum, quæ incidenter in libello proposita sunt, & merita causæ principalis non concernunt. Conf. Georg. Obrecht. Tr. de concip. ac. form. libell. c. 16. n. 2. Emer. a Rosbach. Proc. Civ. T. 35. n. 6. seqq.* Sed clausula hæc plane nullius est momenti, cum quæ probata non reſent, ad probandum non admittantur. Caterum neutriquam in arbitrio actoris est positum, ut tali Proposito in mente retento se pro lubitu exoneret à probatione factorum, quæ circumstant negotium, & causæ principalis administriculum præstant. Inde actor hac clausula parum sibi prospicere posse videtur. Aliter sentiendum de clausula hac salutari: *Super his omnibus, quæ jam petita aut quæ de jure vel consuetudine omni meliori modo peti debuissent, imploro nobile Judicis officium pro jure & justitia largissime administranda.* Quæ lingua vernacula ita exprimitur: **Über dieses alles, oder was ich sonst von Rechts wegen hätte bitten können, sollen oder mögen, will ich das mild-richterliche Amt pro largissima justitiæ administratione imploriret haben.** Hac enim clausula omnino effectum habet. Licet enim quædam omiſſa & non petita sint, si tamen ex narratis in libello fluant, & intentioni actoris convenient, vi hujus clausule adjudicari possunt. Quemadmodum in Camera sæpe etiam

etiam super expresse non petitis in specie autem in causa Schwäbisch-Hall contra Henricum Spieß pronunciatum fuisse testatur Gail. *L. 1. Obs. 61. n. 11. in fin.* Conf. incomparabilis J. Cri. Beatae recordationis Dn. August. Benedicti. Carpzov. *Diff. de Clausulis Libell. Action. adjic. solit. c. 4. §. 53. seqq.* Neutiquam tamen vis hujus clausulæ nimium extendi debet; Hinc in Saxonia usus ejus videtur satis restrictus, dum in *Ord. Proc. Sax. t. 5. §. 2.* ita fancitum fuit: *Nachdem man aber zu Salvirung des Libells gemeiniglich am Ende die gewöhnliche Clausuln mit anzuhengen pfleget, so mögen zwar dieselben dabey wohl in acht genommen, jedoch mehr und weiter nicht, als sey ihr Effect zum Recht erstreckt, und die Narrata an ihme selbst leiden, und mit sich bringen, extendiret werden.* Quod tamen non ita est accipiendum, ac si dicta Clausula hodie omni effectui careret. Conf. Martin. *in Proc. t. 5. §. 2.* Secundum enim omnium Doctorum consensum ista adjuvat actoris intentionem, & operatur, ut in ipsius commodum & favorem explicentur verba libelli, & late accipiantur. Dn. Joh. Sam. Stryck. *de Claus. salut. Libell. c. 2.*

§. XXIX.

Nec minus Patroni causarum sub finem positionum addere solent: *Mit Vorbehalt.* An igitur huic reservationi effectus tribui potest, quasi quodcumque Propositum in animo adhuc retentum quocumque tempore durante lire operari valeat? Quod omnino negandum est. Cum enim Jure Saxonico Electorali unicuique litigantium parti tres alternativa positiones ad

*De clausula positionibus sub finem addita agitur.*

Acta

Acta referenda permittantur, *P. I. Const. Elect. 1.* per dicta verba sibi reservare volunt sequentes positiones sibi intra septiduum competentes. *Conf. Mand. Elect. Saxon. de Anno 1696. §. 12.* Si autem dictum fuerit: Concludiret hiermit zu einem erfreulichen Urtheil, vel: Will sich Rechtlichem Ausspruch submittiret haben, nulla nova positio deinde est admittenda. Aliter tamen sentiendum est, si id factum fuerit sub conditione: Will, im Fall verbleibender Neuerung, concludiret haben. *Conf. Dn. Swendend. ad Fibig. Process. p. 791. seqq. Dn. Stryck. Introd. ad Prax. For. c. 21. §. 4.*

## §. XXX.

*Generalis  
mandati effe-  
ctus explica-  
tur.*

Generale mandatum in iudicio ad quævis peragenda non sufficere, neminem latere poterit, cum dentur certi casus, qui absque speciali mandato expediri nequeunt. *c. 81. d. R. 7. in 6. Carpzov. Process. Tit. 5. art. 2. n. 46. §. 49.* Unde procuratori tantum ad actionem facti, *L. 13. pr. ff. de Pact.* seu litis *L. 86. ff. de Solut.* cui specialiter mandata est procuratio actionis, *L. 13. §. 6. ff. de Injur.* solvi non potest, *d. l. 13. pr. ff. de Pact.* nisi etiam ad hoc datus fuerit. Vicissim procuratoris tantum ad actionem facti conventio apud nos non solet nocere Domino. Ideo si dominus ad utrumque scilicet ad agendum & defendendum eundem constitutum velit, hoc expresse indicare debet, non enim sufficit, si de eo cogitaverit. *a. O. P. S. 1. 7. pr. de Jure Civili videatur l. 33. §. 3. 4. ff. d. Procurat.* Nec procurator mandato cum libera instructus ea, quæ speciale mandatum desiderant, & cum maximo præjudicio conjuncta sunt, ex-



RETENTO NIHIL OPERANTE. ¶

expedire valet. *c. 4. de Proc. in 6.* Ziegler. *ad Inst. Jur. Canon. L. 3. t. 2. §. 7.* Quamvis autem alii statuunt, mandatum majore pollere auctoritate, cui clausula generalis subiecta fuisset, *4. L. 4. §. 4. ff. Si quis Caution. &* quidem hoc modo: Quod possit expedire generaliter omnia, quæ mandatum speciale exigunt, *Clem. 2. de Procur. j. c. 4. d. procurat. in 6.* ita, ut etiam procurator tunc ad casus non expressos sit admittendus; Dn. Stryck. *Introd. ad Prax. For. c. 10. §. 3.* hic tamen inter actus, qui speciale mandatum exigunt, distinguendum est. Namque eorum alii sunt distincti & diversi plane generis, **von einander ganz unterschieden**; alii vero ita invicem connexi, ut alter sub altero ex consequentis, elicita mandantis voluntate, antecedenter vel consequenter contineatur. In prioris generis actibus ab altero ad alterum non valet consequentia, licet casibus quibusdam, qui speciali opus habent mandato, clausula generalis addita fuerit: **Da er eines mehrern, als hierinnen begriffen, benöthiget.** Ita procurator, ad alienandam hæreditatem constitutus, non gaudet facultate transigendi super ea. Conf. Illustr. Dn. Lyncker. *de Formis Procuratoris cap. 5. §. 17.* At in posterioris generis actibus valet extensio ab uno expresso ad alterum non expressum. Hinc is, cui data est potestas jurandum acceptandi, etiam facultate ad idem se offerendi gaudet. Et ita in supremo Appellationum Dicasterio in causa **Hans Albrechts von Gehofen** contra **Anthon Günthers von Ebra** Anno 1696. consilio æstivo pronunciatum fuisse meminit Dn. Berger. *Discept. Forens. ad O. P. S. t. 7. O. 5. pr.* Quod de procuratore di-

E

ctum

etiam fuit, etiam in persona Syndici locum habet, *2. L. 60. ff. de Procur. L. 34. §. 1. ff. de Jurejur.* quem non minus oportet habere speciale mandatum in omnibus illis actibus, qui in procuratore privatorum tale exigunt. Nec mandatum *cum libera* laxiorem potestatem Syndico tribuit, quamvis in contrariam propendat sententiam Gail. *L. 2. obs. 72. n. 11.* Confundit enim Gailius Syndicum universitatis cum administratoribus v. g. Senatu Civitatis, qui huic praest atque rerum administrationem habet, quippe quæ personæ omnino omnia ea expedire possunt, quæ sub mandato *cum libera* veniunt. j. Dn. Lyncker. *cit. loc. §. 18.*

## §. XXXI.

*Principalis  
presentia per  
sonali man-  
dato revo-  
catur.*

Procuratoris officium cessat, quam primum mandans ipse quid in judicio gerere coeperit, absque discrimine, utrum ore an scripto hoc factum fuerit, *mündlich oder schriftlich.* *C. 8. de Procurator. in 6.* Nec obstat, quod absque proposito mandatum revocandi hoc factum sit; respondetur enim, quod Propositum in mente retentum nihil operetur. Ut igitur causarum Patronis omnibus difficultatibus superfedere liceat, istam clausulam mandatis inferendam curent: *Ne sicubi deinceps ipse mandans quid gesturus sit, hoc mandato officiat.* Dn. Berger. *Resolut. ad Lauterb. t. de Procur. Qv. 2. voce: Finitur.* Vel saltim Dominus, cum aliquid gerat, protestetur in judicio; *Se salvo atque incolumi mandato, der Vollmacht ohnbeschadet, hoc negotium suscepisse.* Sed optime monuit Dn. Berger. *Discept. For. ad O. P. S. t. de Procur. Obs. 4. not. 3. Consilii esse, ut ea Juris Canonici Doctrina d.*  
*cap. 8.*

RETENTO NIHIL OPERANTE. 35

cap. 8. contenta publica lege e medio tollatur, præsertim cum in sola præsumptione juris innitatur, ita quidem, ut quancumque principalis ipse aliquid in iudicio expedit, propterea mandatum statim pro tacite revocato non debeat haberi. Cæterum si quis substituerit ex potestate à mandante sibi concessa, procurator substitutionem factam non potest revocare c. 3. de Procur. in 6. licet substitutionem susceperit cum intentione aliquando revocandi. Secus tamen est, si Dominus potestatem substitutam revocandi procuratori concesserit. c. 3. d. Procurat. in 6. Conf. Dn. Lyncker. de Form. Procur. c. 6. §. 2.

§. XXXII.

Sapius observare licet, in genere Jurium renunciationem fieri, & quidem hac ratione: Er wolle sich hiermit begeben haben aller Exceptionen und Rechtlichen Wohlthaten, sie möchten Nahmen haben, wie sie wollen / so wohl die bereits eingeführet, als auch die künfftig durch neue Gesetze oder Gewohnheiten introduciret, oder durch Menschlichen Witz und Verstand erfunden werden möchten. Sed parum hac ratione partibus consultitur; cum ea, quæ mente hoc casu retenta manserunt, plane nullum effectum producant. Hering. de Fidejuss. c. 17. n. 38. Klock. Vol. 2. Conf. 84. n. 2. Diss. Jacob. Thoming. D. 1. n. 2. add. Borgnin. Cavalc. Dec. 5. n. 32. Quamvis enim generalis voluntas omnes species sub se comprehendat, & idem propemodum operetur, ac si singulæ species essent expressæ; L. 79.

An per generalem renunciationem propositio mente retento substituitur.

*pr. ff. de Legat. 3. L. 51. ff. de Admin. & Peric. Tut. Berlich. L. 2. Conf. 22. n. 3. non tamen comprehendit ea, quæ non esset quis in specie comprehensurus. L. 6. ff. de Pignor. L. 67. §. 3. ff. de Cond. Indeb. c. 23. X. de Jurejur. Næc tunc omne dubium tollitur, si renunciantes quasdam exceptiones speciales præmittunt, paulo post generali reliquarum exceptionum renunciatione adjecta. a. L. 4. §. 4. ff. Si quis Caut. Hoc enim tantummodo admittendum est, si exceptiones expressæ connexionem quandam non nimis remotam habeant cum non expressis. Nicol. Reulner. Vol. 2. Conf. 1. Quod intuitu fidejussionis bene attendendum est. Enimvero Jure Saxon. Elect. ad excludenda fidejussorum beneficia nec generalissima renunciatio sufficit, qua omni legum beneficio, nec subalterna, qua beneficiis fidejussorum renunciatur, sed accedat necesse est specialissima. Conf. P. II. Constit. Elect. 17<sup>a</sup> ibique Carpzov. Def. 1. Illa tamen renunciatio omnino aliquem effectum obtinet, cum unum & alterum beneficium fidejussoribus competens exprimatur, & clausula generalis reliquorum quoque renunciationem continens addatur. d. Constit. Elect. Conf. Magnif. Dn. Mencken. Tr. Synopt. Pand. 1. de Fidejuss. pag. 599. Hic igitur generalis renunciatio juncta speciali ad omnes reliquas exceptiones fidejussoris extenditur ex mente & voluntate contrahentium, neque enim, cum pauca sint numero beneficia eademque notissima, jure prætendi potest de omnibus cogitatum non esse.*

RETENTO NIHIL OPERANTE. 37

§. XXXIII.

Deinde in excipiendo Propositum in mente retentum nihil operatur, ita ut exceptionum generalium e. g. non competentis actionis nulla ratio habeatur. Vasquius *Controv. P. 2. L. 2. c. 32. n. 13.* Ant. Fab. *in C. L. 9. t. 22. n. 17.* Brunnem. *Proc. Civil. c. 16. n. 11.* Quemadmodum enim libellus generalis, tanquam ineptus rejicitur: ita quoque reus, qui excipiendo fit actor, generali exceptione uti nequit. Accedit, quod actor non expressa causa & fundamento excipiendi probationem super replica eoque pertinentibus articulis elisivis concipere nequeat. Dn. Berger. *de Artic. Elisiv. Tb. 19.* Non tamen necesse est, ut reus indicet circumstantias exceptionum singulares. Sat igitur fuerit, si reus opponendo exceptionem solutionis dicat: **Es sey eines und das andere darauff bezahlet**, quamvis quantitatem pecuniae solutae minime expresserit.

*Exceptionum generalium nulla habetur ratio.*

§. XXXIV.

Cum autem in iudicio sapius per juramentum res expediatur, hinc disquirendum est: Utrum jurare liceat cum reservatione in mente? At quis non neget? Alias enim omnis usus juramentorum imo omnis ratio intervenientibus signis sese obligandi ex humana vita tolleretur, si quis tacita sua intentione posset impedire, ne effectus ille actum aliquem sequatur, cui producendo idem est institutus. Pufendorff. *de O. H. & C. L. l. c. 11. §. 5.* Cum igitur o-

*Cum reservatione mentali non licet jurare.*

E 3

mac

me iuramentum secundum intentionem illius, cui juratur, sit intelligendum c. 9. XXII. q. 5. Guilielm. Amiel. *de Consc. L. 4. c. 22. n. 21.* Taylor. *The Rule of Conscience VIII. Quæst. II.* inde patet: Tales reservationes sive restrictiones mentales, quæ reservato interius sensu verbisque ambiguis imponunt, omnem iustitiæ pietatisque vim elidere. Conf. Dannhaueri. *Colleg. Decalog. Disput. 6. §. 6. & 8.* Argumentis autem Lojolarum, quibus ad defendendas reservationes mentales utuntur, satisfecit Bechmann. *ad Magnif. Dn. Olearii Tab. Moral. XLVI. §. 1.* Quapropter juranti nunquam licet aliud cogitare, aliud scienter verbis vel iuramento exprimere.

## §. XXXV.

*Juramentum  
religionis con-  
sideratur.*

In iuramentis igitur omnem abesse debere æquivocationem & reservationem mentalem, dictum fuit. Præcipue autem Restrictiones istæ mentales cessant, si quis sit in statu confessionis, ubi confessio edenda est de fide & religione, quæ candida esse debet, maxime si requiratur ab eo, qui potestatem habet requirendi confessionem. Conf. Dn. Bechmann. *c. 1. §. 2.* Cum igitur apud nos in Saxonia illi, qui ad munia Ecclesiastica vel secularia aspirant, ad iuramentum religionis adstringantur, quo affirmant, se Doctrinæ illi assentiri, quæ libris symbolicis Ecclesiæ continetur; neutiquam sub hac reservatione mentali dictum Juramentum præstandum est: *Quatenus libri Symbolici cum Sacra Scriptura conveniunt.* Quod egregie deductum fuit in Responso, superiore anno à colle-

collegio Theologorum & Jctorum Lipsiensium dato  
 cujus verba non possum non hic inserere: Zum an-  
 dern und auff die andere Frage fällt Zweifel  
 vor: Ob denn vocando, wenn er sich des jura-  
 menti religionis nicht entbrechen könnte, zu Beru-  
 higung seines Gewissens auff die Libros Symboli-  
 cos: quatenus verbo Divino conveniunt, zu schwe-  
 ren gestattet werden möchte? Ob nun wohl  
 derjenige, so zu dem Amte vociret werden soll,  
 vor Unrecht halten will, die Ehre denen Bü-  
 chern, so von Menschen gemacht, zu geben, und  
 sich zu denen Lehren endlich zu verbinden, ge-  
 statt dieselben, welche sie gefertiget, zwar gratiam  
 Dei ordinariam gehabt, gleichwohl als Men-  
 schen fehlen können, zumahlen, da solches mit  
 quia, weiln sie mit dem Worte Gottes in allen  
 und jeden nach einiger Vorgeben überein kom-  
 men, geschehen sollte, auff welchem Fall besagte  
 Bücher der heiligen Schrift gleich gesetzt wür-  
 den, da sie doch nur testium loco seyn, und die hei-  
 lige Schrift der einige Richter, die Regul und  
 Richtschnur verbleiben müste, nach welcher, als  
 dem einigen Probier-Steine, alle Lehren zu erken-  
 nen und zu urtheilen, ob sie vor gut oder böse,  
 recht oder unrecht zu achten, bevorab, da dieses  
 Quia nichts anders als ein unruhiges Gewissen  
 zu wege bringen könnte, wenn dadurch fernere  
 Prüfung der Lehre aufzuheben, und alles in de-  
 nen Libris Symbolicis vor wahr und bekannt an-  
 zunehmen wäre, welches nicht füglich geschehen  
 könnte.

Fonte, weil in Neben-Sachen, Redens-Arten und  
 Erklärung einiger Stellen der Schrift hier und  
 dar etwas zu finden, das seine völlige Wichtig-  
 keit nicht hätte, d. a. u. d. es mit dem Eyde auff  
 die Symbolischen Bücher dahin nicht gemeinet;  
 daß jemand zu einem Glauben, den er nicht hat,  
 genöthiget werden solle, gleichwohl das Be-  
 kanntniß des Glaubens unter allen möglichen  
 Versicherungen zu erfordern, also auch dießfalls  
 die Wahrheit eyndlich bestärcken zu lassen, ge-  
 stattet, und solcher Bestärkung, denen Um-  
 ständen nach, die Ruhe und der Wohlstand ei-  
 ner Kirche bedürffen, und dahero eine Christli-  
 che Obrigkeit, diesen Eyde zu verlangen, in ihrem  
 Gewissen genöthiget werden kan, auch nicht zu  
 behaupten, daß die eyndliche Verpflichtung an  
 Büchern, so von Menschen, welche irren können,  
 gemacht sind, dergleichen Ehre sey, so ihnen  
 nicht gebühre, indem sonst auch des Vocandi bloß-  
 fes Versprechen bey seiner bisherigen Gemeinde  
 das Amt nach diesen Büchern zu führen, und  
 dessen Wiederhohlung, worzu er bey gegenwär-  
 tiger Vocation Hoffnung gemacht, vor unzuläß-  
 lich zu halten wäre: indem nach solchem Schluß-  
 se menschliche Lehren und Satzungen in Verrich-  
 tung seines geistlichen Amtes und der Dispen-  
 sation derer Göttlichen Geheimnisse, ihn nicht diri-  
 giren möchten, iedoch Gott in Ausfertigung off-  
 berührter Bücher zwar schwacher Menschen sich  
 bedienet, gleichwohl dieselben gnädiglich bewah-  
 ret,



ret, daß sie in der substanz der Lehre nicht gefehlet, sondern von derselben nach dem Göttlichen Worte gezeuget haben, immassen angeregte Lehren dieser Bücher ihre Wahrheit und Gültigkeit aus der Schrift erlangen, folglich keine Ursache vorhanden, warum zu denen auff vorhergehende gnugsame Prüfung und Erkündigung erkannten Wahrheiten sich die Prediger eyndlich zu verbinden nicht angehalten werden könnten, auch, da nach beschehener, rechtschaffener und ernstlicher Untersuchung angezweifelt sich geäußert, daß besagte Bücher in der heiligen Schrift genugsam gegründet, denenselben vermittelst Eydes bezupflichten die Billigkeit gestattet, und ohne dergleichen Prüfung die Beypflichtung nicht anders wäre, als der Lügen glauben und beyfallen, 2. Thess. 2. v. 11.

Hiernächst denen Libris Symbolicis zu der Zeit, wie das Juramentum Religionis eingeführet worden, nach Anleitung des in Consideration gezogenen Endzweckes, quia und nicht quatenus verbo divino conveniunt, beygepflichtet worden, in Betrachtung, daß insgemein einem von Menschen gefertigten Buche über Göttliche Sachen nicht ferner Glaube bezumessen, als so weit es mit dem geoffenbahren Willen Gottes übereinkommet, und wann iemand denselben Beyfall giebet, solches nicht auff andere Weise, als weil er in der Prüfung befunden, daß er mit der heiligen Schrift übereinstimme, geschieht, hingegen der Consensus Librorum Symboli-

corum cum verbo Dei in omnibus von denen rein-  
gläubigen Theologis nicht weiter extendiret wird,  
als auf die Glaubens-Lehren, und die zu Erklä-  
rung derselben gehörigen Redens-Arten, welche  
darinnen ex professo approbiret oder verworffen  
werden, daran alleine die verpflichtung erfolget,  
und was Neben-Sachen, Erklärung verschiedener  
Stellen der Schrift und der alten Väter einige  
nicht ausdrücklich und hauptsächlich verthädigte,  
sondern nur incidenter und von ohngefehr vorkom-  
mende Redens-Arten, zu welcher, des vocandi eigen-  
nem Geständniß nach, die von ihm aus denen Libris  
Symbolicis angezogenen loca gehören, belanget, die  
perpetua praxis unserer Kirchen in denen Schriften  
derer unverwerfflichsten Theologorum, auch derer  
jenigen, welche die Libros Symbolicos mit ihren  
Commentariis illustriret, an die Hand giebet, daß er-  
wehnte unsere Kirchen in dergleichen niemahls ie-  
mandes Gewissen gebunden, woraus genugsam  
erhellet, daß diese Bücher Gottes Wort keines-  
weges gleich geachtet werden, vielmehr sie in der  
Vorrede vor nichts anders als Zeugnisse, in Erklä-  
rungen des Glaubens ausgegeben sind, und der  
Schrift alleine die Ehre des einigen Richters der  
Regel und Richtschnur auch des Probiersteins ge-  
lassen, Conf. Form. Concord. Epitom. Artic. p. 570.  
Mylini Prolegom. in Aug. Confess. c. 4. und durch den  
Religions-Eyd sie der Schrift nicht gleich geachtet,  
da sie nicht anders, als nach dem ihre Einstimmung  
mit dieser Regul erkannt, angenommen seyn; so  
wohl

wohl vermittelst dieser Verpflichtung die Beruhigung des Gewissens oder Fortsetzung der Prüfung niemand benommen ist, inmassen jedweden frey bleibet zu seiner fernern Befestigung und immer tieferen Erkenntnis der angenommenen Wahrheiten, nach deren Umständen solche Prüfung fortzusetzen, auch daferne jemand, durch Gottes Verhängnis und seinem Verschulden eine und andere vorher erkannte und also beschworne Wahrheit verlassen sollte, er, vermöge dieses Juraments, zur Beschwerung seines irrenden Gewissens zu nichts genöthiget, aber nur dahin verbunden ist, daß er solches der Obrigkeit anzeige, worzu N. welcher vociret werden soll, sich ohne dem verbindlich machen will. So mag demselben auff die *Libros Symbolicos*, quatenus verbo divino conveniunt, zu schweren nicht nachgelassen werden. **B. N. W.**

Quamvis vero nonnulli institutum juramentum religionis præstandi duris admodum conviciis proscindere religioni sibi non ducant; Conf. Dn. Thomaf. im *Fürsten-Recht der Theol. Streit-Sachen Th. 14. S. 3. seq.* Bohmer. *de Jur. Paroch. Sect. 3. c. 1. §. 32. seq.* hoc tamen non est improbandum: Cum Principis omnino intersit nosse, quid sentiant circa religionem, qui officiis præficiuntur. Dn. Horn. in *Jur. Publ. c. 59. §. 8.* Quæ causa igitur est, ut aliquis latebras quarere velit, quo minus bona fide & candide affirmet, quæ sententia hac ex parte animo hæreat.

## §. XXXVI.

Quoties igitur cum diversæ religioni addictis *utile est, ut*

44 DE PROPOSITO IN MENTE

*dispensationi  
renunciatur.*

negotium intercedit, ubi iuramentum præstandum est; toties contrahentes sibi prospicere debent, ut ne Proposito in mente retento ipsis illudatur. Quamvis enim iuramento confirmetur contractus, metuendum tamen est, ne debitor relaxationem iuramenti vel dispensationem impetret; quod apud Pontificios solenne est, præcipue si contra Evangelicos res sit. Utigitur tutius procedatur, hoc casu futuræ dispensationis renunciatio suscipienda est. *Conf. Capit. Leopold. in syn. J.P.O. art. 17. §. 3.*


§. XXXVII.

*Finis imponitur.*

Ad criminalia jam progrediendum, & num propositum in mente retentum nihil in iis operetur, ostendendum foret, sed tempore exclusus hic subsistere atque in aliam occasionem, quæ restant, differre cogor.







Q Q A 6395

ULB Halle 3  
002 916 630  


SB


Rebro V

1819









7  
Q. D. B. V.

DE

PROPOSITO IN MENTE  
RETENTO NIHIL  
OPERANTE,

CONSENSU

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS

IN ACADEMIA LIPSIENSI

PRO LICENTIA

SUMMAM IN UTROQUE JURE DIGNITATEM  
IMPETRANDI

DISPUTABIT

JO. VALENTINUS SCHMIDIUS,

L I P S.

D. IX. FEBR. MDCCXII.

L I P S I Æ,

LITERIS IMMANUELIS TITII.

